



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

Ixxv. De morbis oris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*De morbis oris.*

**O**R I innascitur morbus hermius nuncupatus, iuxta labrum, sinuosus est & fistulosus, in quem influit humor, non perficitur, sed per partes inflatur, in vlcere foramina influentibus indomitis appellatis humoribus. Os igitur accipitris aperiendum, atque in primis fistulæ squamma pinna purgari conuenit; deinde pinna melle imbuta illini oportet, vt omnis sanies expurgetur. In os fistulæ, non autem intra foramen ipsius calcithis contrita iniicienda est; vt id quod est putrefactum, exhauriat. exest enim omnia vlcere tubercula.

*De vlcerebus manantibus, quas græci ἀφθὰς vocant, tum de paulo durioribus vlcerebus subalbidis, quas græci ὑσπάργες vocant.*

**C**OGNOSCITVR accipiter huiuscemodi vlcerebus laborare, cum eius palatum totum exalbuit, & quasi milij grana parua dispersa in ore videntur. Huic medicabere ad hanc rationem. tuum digitum indicem inuolues linteo, eoque melle rosato asperfo auis palatum & linguam fricabis.

H iij